nobis cuiusquam dō non relinquat errorem; & haec quidem esaias
indiuiduam adque inseparabilem patris & filii diuinitatem testatur
ita prof&auit; Ieremias uero non dispari prof&iae uirtute: indis
crete a dō patre naturae unigenitum esse dm̄ ita docuit dicens; hic
est ds̄ noster est non deputabitur alter, ad eum qui inuenit omnem uiam
scientiae. & dedit eam iacob puero suo & isrl̄ rachel dilecto suo; post hoc
sup terram uisus est. & inter homines conuersatus est; quid alium dm̄
in filio di dō heretica e suppones? disce unum dm̄ uerum intellegere
& confiteri; non aliter ds̄ ad xpm deputatur ut ds̄ sit; ds̄ est ex natura.
ex natiuitate - ex dō; quod enim ds̄ est & dō est non & iam ds̄ alius est; alius eni
a dō non deputatur quia non est in eam alia praeter quam quae di est ueri
tas; quid non uerum & non uerum: quid degenerem & nobilem quid
diuersum & diuersum subuniur di & mentita religione conponis? dicis
pater ds̄ est & filius in dō ds̄ est praeter eum ds̄ non est alter a deum depu
tatur ut ds̄ sit; h nisi unum magis quam solitarium dm̄ intellegis ecclesiae
religione profiteberis. quae patrem in filio confit&ur; si uero unum dm̄
ad solitarii significationem sacramenti caelestis ignarus obtendis.
extra cognitionem dies dm̄ in dō esse non confitens;

EXPLICIT LIBER QVINTVS; INCIPIT LIBER SEXTVS;

Non sum nescius difficillimo me asperrimo que tempore scribere & haec
aduersum uesanam impiorum heresim di filium creaturam esse adfirman
tem adgressum fuisse, multas iam per omnes ferme romani imperii pro
uincias ecclesias morbo pestiferae huius predicationis infectas & uelut
ad pie fidei huius mali usurpatam persuasionem longo doctrinae
usu & ementito nomine uere religionis inbutas. non ignorans difficilē
esse ad emendationem profectum uoluntatem. quam in errores
sui studio per plurium adsensum auctoritatis publice iā senten
tia continerent; Grauis enim & periculosus est error in plurimis.
& multorum labsus et iam si se intellegat tamen exsurgendi pudo
re. auctoritatem sibi praesumit ex numero habens hoc inpudentiae.